SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Książnica Kopernikańska w Toruniu
SCHULPROGRAMME

Uebersicht

der

öffentlichen Schulprüfung,

welche

Freitag, den 5ten October 1838,

im Saale

des

Königlichen Gymnasiums

gehalten werden

soll.

Tilse,
gedruckt bei Heinrich Post.

1838

Vormittag von 8 bis 12 Uhr.

Choralgesang.

Die sechste Klasse.

1) Deutsch, Herr Oberlehrer Gisevius.

2) Latein, Herr Candidat Krauss.

3) Geschichte, Herr Oberlehrer Gisevius.

Die fünfte Klasse.

1) Latein, Herr Oberlehrer Clemens.

2) Geographie, Herr Dr. Zeyss.

3) Rechnen, Herr Oberlehrer Gisevius.

Die vierte Klasse.

1) Griechisch, Herr Dr. Wichert.

2) Naturgeschichte, Herr Candidat Krauss.

3) Planimetrie, Herr Oberlehrer Clemens.

Untertertia.

1) Latein, Herr Dr. Zeyss.

2) Arithmetik, Herr Oberlehrer Clemens.

3) Religion, Herr Oberlehrer List.

Chorgesang der ersten Singklasse.

Nachmittag von 2 bis 5 Uhr.

Obertertia.

1) Latein, Herr Dr. Wichert.
2) Geographie, Herr Oberlehrer Schneider.
3) Botanik, Herr Oberlehrer List.

Secunda.

1) Mathematik, Herr Oberlehrer Heydenreich.
2) Französisch, Herr Oberlehrer Schneider.
3) Latein, Herr Oberlehrer Lentz.

Prima.

1) Logik, Herr Oberlehrer Heydenreich.
2) Geschichte, Herr Oberlehrer Schneider.
3) Griechisch, Herr Oberlehrer Lentz.

Der Abiturient Wilhelm Jordan nimt in einer deutschen Rede von der Schule Abschied.

Der Primaner Ferdinand Heydenreich spricht einige Worte darüber, daß der Jüngling hinaus muß ins Leben.

Entlassung der Abiturienten.

Schlußgesang der ersten Singklasse.

Zur

öffentlichen Schulprüfung,

welche

im Königl. Gymnasium

am 12ten October 1839

gehalten werden wird,

ladet ehrerbietigst ein

der Director

Cörber.

Inhalt.

Tilsit, 1839.
Gedruckt bei Joh. Heinr. Post.

Zur

öffentlichen Prüfung,

welche

im Königl. Gymnasium

am 12ten October 1839

gehalten werden wird,

ladet ehrerbietigst ein

der Director

[illegible]

Inhalt.

1. De adiectivis [illegible] latinis.

[illegible]

2. Nachrichten aus dem Gymnasium betreffend [illegible]

Michaelis [illegible]

[illegible]

De adiectivis verbalibus latinis.

§ 1.

1. Priusquam ad verbalia accedamus a verbis ita derivata ut illorum stirpi positio aliqua adnexa sit, disputandum est de eis quae non nisi composita quidem plane omni abstinent terminatione ita ut nudam verbi stirpem exhibeant. Huc pertinent fere nulla alia adiectiva quam quae originem trahunt a verbis ferendi gerendique. Unicum remor illis addi licet (remores aves a remorando Fest.) nam procul (cello) in adverbii notionem transiit, asper vero num ad graecam originem (ἀ-σπείρω) revocandum sit, haud iniuria dubitatum; nec de substantivorum quidem consul, praesul similiumque etymo quidquam certi constat. Deinde notissima sunt verbalia a canendo ducta: oscen, tibicen, tubicen, cornicen, fidicen, liticen, citharicen (fictum a Varr. L. L. 7, 33) classicen (id. 4, 16 ex coniect.) siticen (s.

appellatos qui apud sitos h. e. sepultos canere soliti essent Gell. 20, 2.) quibus lyricen, cicuticen, psalmicen aliaque a sequioris aevi scriptoribus sunt addita; sed paucissimos si locos excipis, ubique fere omnia illa substantivorum munere funguntur.

2. Jam ut ad verba ferendi gerendique redeamus, quae maxime inter se congruunt et notione et usu, adiectivorum, quae ab utroque descendant principio et id secundum unam eandemque legem, tanta est frequentia ut non sit cur exempla cumulemus. Sufficit haec laudasse: falcifer Lucr. 3, 642 (currus f. quae falcatae quadrigae dicuntur a Livio 37, 41 et Curtio 4, 9) frundifer id 1, 19. 256. sensifer 3, 938. rorifer 6, 864 horrifer 5, 994 aerifer Ov. Fast. 3, 740 arundifer id. 5, 637. corymbifer 1, 393 cypressifer 5, 87 olivifer 3, 151. sacrifer 4, 251. bipennifer Met. 8, 391 caducifer id. 8, 627 chimaerifer 6, 339 granifer 7, 638 hymnifer 11, 58. ignifer 2, 59. laborifer 9, 285 lentiscifer 15, 713 mellifer 15, 383 nubifer 2, 226. pacifer 14, 291 papyrifer 15, 753 racemifer 15, 413 sagittifer 1, 468 nimbifer Pont. 4, 8, 60. populifer Amat. 2, 17, 32 caelifer Virg. A. 6. 797 fatifer id. 8, 621 fumifer 9, 522 legifer 4, 58. letifer 10. 169 malifer 7, 740 ostrifer G. 1, 207 imbrifer id. 1, 313 cet. Deinde ut alterius verbalium classis quae mihi exempla iidem praebuerunt poetae addam, Lucretii sunt: barbiger 5, 898. 6, 970 criniger 1, 463 naviger 1, 3 pinniger 5, 1074 sortiger 9, 512 (al. l.) setiger 5, 968 squamiger 1, 163 spumiger 5, 983. Ovidii: claviger h. e. claves gerens Fast. 1, 228. claviger h. e. clavam g. ibd. 255. liniger Met. 1, 747 penatiger 15, 450 serpentiger Trist. 4, 7, 17. (al, l.) Virgilii: corniger A. 8. 77 alia. Neque modo poetarum hic usus est sed etiam prorsae orationis scriptorum, ut apud Ciceronem leguntur: furcifer Vatin 6. frugifer Tusc. 2, 5 glandifer Leg. 1, 1. pestifer N. D. 2, 47. Dom. 31, lucifer N. D. 2, 27 mortifer Acad. 4, 38. signifer Div. 2 42. apud Plinium: baccifer 16, 10, 20 fetifer 7, 3, 3 fructifer 12, 25, 54

gemmifer 37, 13, 76 herbifer 25, 8, 53 margaritifer 23, 11, 53. odorifer 5, 11, 12 opifer 16, 13, 24 pomifer 12, 3, 7. turifer 6, 23, 26. deinde plumiger id. 10, 22, 27. penniger 11, 16, 16 plantiger 13, 8, 16 palmiger 35, 4, 10 cet. Apud poetas legitur palmifer idemque παρασχηματισμὸς, si ita dici licet, exhibetur in: aurifer et auriger, conifer et coniger, armifer et armiger, astrifer et astriger, bellifer et belliger, flammifer et flammiger, laurifer et lauriger, sceptrifer et sceptriger, non raro apud eundem ille quidem auctorem: securifer Ov. Met. 12, 460 securiger id. Her. 4, 117. pinifer Stat. Silv. 3, 412 piniger id. Theb. 12, 225 lanifer Plin. 13, 14, 28. laniger id. 12, 10, 21 cet. Nonnullis locis variant lectiones, ut Lucr. 2. 368. Ov. Fast. 4, 388. 562. A. Am. 2, 56. Interdum altera utra sequioris aevi forma est, ut falciger, salutiger, floriger, quae Ausonii atque Sedulii dicuntur esse, cum melioris notae scriptoribus in usu fuerint falcifer, salutifer, florifer. Ceterum quidquid huc pertinet exemplorum, composita sunt, nam fur, per tropen a ferendo ductum aeque et augur, ni fallor, a gerendo, adiectivorum respuit familiaritatem. Compositio autem, ut vides, ea est ut locum principalem teneat substantivum, quod obiecti partes agit, a casu verbali, activo sensu ornato, quodammodo pendentis.

Not. 1. Huic regulae compositionis paucula modo exempla repugnant. In nonnullis ferendi verbum cum adiectivo id genus societatem iniit: dulcifer Pl. Ps. 5, 1. omnifer Ov. Met. 2, 275 multifer Plin. 16, 8, 11. vafer i. q. varifer h. e. varia semper afferens, si (invito quidem Doederl. 3 p. 218) Vossii etymologia probatur. Cadentis latinitatis sunt: coruscifer, sanifer, serenifer, alia. Duo plane a regula abhorrent: bifer Virg. G. 4, 119 trifer Colum. 5, 10 in quibus verbi stirpem cum numerali conglutinatam vides. Singulare est agger (h. e. quidquid aggeritur), decompositum, quod in substantivi vicem cessit.

Not 2. Vix mentione digna eorum est paucitas exemplorum, quae legi, quam de verbalium utriusque membri notione proposuimus, non obsequantur. Apud Plin. legitur: annifer 16, 26, 44 et 19, 7, 36 h. e. per totum annum ferens, ap. Mart. 8, 28 astrifero ore h. e. ore postea in

astra translato, ut nomen utroque loco accusativi quidem negotium administret sed altero tempus, altero motum, neutro obiectum significantis. Praeterea astrifer et agger unica videntur verbalia, quae non activo sed passivo sensu induta sunt Paucissima tandem restant, in quibus secundum compositionis membrum quasi nullius momenti terminatio plane quiescit. Pl. l. c. cantharum dulciferum propinare h e dulcem. V. Forc. Lex. v. alieniger, cruentifer, grandifer.

Not. 3 Superest ut longioris formae commemoremus exempla: mortiferus, pestiferus, bucciferus, selliferus, morigerus, armigerus, Melligerus, quibus, si libet, addas Proculus, Cornicinus, cognn. fidicinus, sumbucina (utrumque Plautinum) tibicinus Gell. 1, 11. *et quae posteriores sine trope finxerunt, solicanus, docticanus, omnicanus etc. Huiusmodi verbalia cum nonnulla quidem adeo non sint bonae auctoritatis ut ab eorum usu vel maxime caveamus oporteat, tamen per sese num priore an posteriore fuerint origine quam quae in nudam verbi stirpem exeunt, haud facile ad dignoscendum videatur, siquidem vocabulorum socerus et socer, famulus et famul similiumque modo crassiorem modo tenuiorem formam grammatici quasi obsoletam reiiciunt.*

§. 2.

3. Inter haec verbalia quae carent casu adiectivo atque illa quae principio, unde descenderunt, certam quandam addidisse terminationem videbimus, media videntur quodammodo, quae ita a verbis ducta sunt ut s assumeretur. Et haec quidem, id quod ex stirpis litera finali pendet, aut pura aut implexa invenitur. Puram vides in indiges (*γέω*) locuples (*πλέω*) mansues (sueo) comes (eo) quicum cf. trames, deinde in eis quae a capiendo manant: manceps, auceps, vesticeps cet. Quorum cum activa sit notio, passiva utitur menceps (Prisc 5, 668 h. e. mente captus) utraque deinceps (die deincipe ex Appul. Flor. affertur) et princeps. Praeceps et anceps num huc pertineant an a nomine caput ut biceps, triceps, centiceps etc. habeant etymon, non liquet. Restat mihi ingens, quod cum Festus perperam a nomine gens duci velit, Doederl. 3. p 223 verbo geno adiudicat ita tamen, ut non iustum, me iudice, sensum voci supponat. Sine dubio

aliquid tam mirabile atque inauditum, ut naturae legibus haud videatur natum, significat. — Si stirps verbalis in t vel d terminatur, haec litera propter incongruentiam ante s sequentem eliditur. Sic d extrita in: obses, praeses, reses, deses, recens (a candeo ex Vossii et Doederl sententia) libripens (pendo). Nefrendes (infantes) ad nefrens nominativum revocetur malim quam ad participium frendens (Forc.) aeque concaedes ad obsoletum nom. concaes (caedo). T exclusa in: praestes, antistes, superstes et interstes, quae vox non est aurei aevi scriptorum. Videntur autem non a praesente illa sed a perfecto (stet — s, stes) derivata. Deinde segnis (qui non nititur in honestum, Fest.) sospes (a suppetendo Doed. 1, 35 et 3, 306) praepes, perpes atque ex eadem analogia lucripetes ap. Cassiod. Nec abhorret ab ea impes (impetus) quod substantivum quidem diptoton imprimis est Lucretii. In nomine autem Mavortis, ex Ciceronis arbitrio sic dicti, quia omnia vorteret, Aeolicam potius literam agnosces. Postremo Pauli verba in mentem mihi veniunt, quae Festo debentur: advosem, adversarium, ni fallor decurtata, cum fortasse legendum sit: advorsem, adv. ita ut illud ad nom. advors (advorto) spectare videatur.

4. Verbi stirps si in g vel c exit, hae literae cum s accedente in x confluunt. Paucissima autem hoc modo orta sunt a verbis simplicibus et haec quidem aut obsoleta aut ab adiectivorum familiaritate abhorrentia: rex, dux, lix Non. 1, 309 h. e. fluidum (liquo) lax (lacio, quod Festus quidem versa vice a nomine duci vult). Tritiora sunt composita et decomposita: praecox (coquo) innox (noceo) quae vox est sequioris aevi, obex (obiicio) index, resex, illex, allex (Plaut. Poen. 5, 5, 31 qui locus nuper aliter explicatus est) complex, snpplex (applex, prospex, dispex, offex similiaque deterioris notae sunt) coniux s. coniunx, seiux, unde seiuges h. e. seiuncti, tradux, redux, pernix (a nitor, cuius verbi propria, puto, forma fuit nictor, nixus s. Postea c elisa syllabaque producta est ut in frutētum

pro frutectum, quod contractum est ex fruticetum. Similiter dicitur arto et arcto, artus et arctus cet.) Addenda: iudex, foenisex, aquilex (aut ab eliciendis aut a legendis aquis) auspex, coelispex, extispex, haruspex, altispex (Acc. in Astyanact. ap. Non. 4, 330) duplex, decemplex (Nep. Milt. 5.) artifex, pontifex, munifex, opifex, panifex (Prisc 4, 2) carnifex, ubi facere torquendi notionem habet sive interficiendi ut in contifex v. Forc. aurifex h. e. non qui aurum facit, sed qui ex auro, et secundum eandem normam ficta vox argentifex a Varr. L. L. 7, 33.

Not 4. Nonnulla huius ordinis verbalia sunt quae dicuntur dicatalecta, quae res probatur exemplis: domiducus, urbicapus silvaque eorum quae in spicus, ficus, legus, coquus finiuntur. cf. § 4.

§. 3.

5. Perpes et heredipeta, ingens et indigena, manceps et occupo aliaque nominum paria, quippe ab eodem quodque quasi capite repetenda, vocalium quam literae s auxilio fingere verbalia haud difficilius fuisse satis ostendunt. Jam quae in a cadant, magna eorum copia est; scriba, cia (praecia) vena, viva, cola, gena, cida s. caeda (bucaeda Pl. Most. 4, 2, 1) fuga, peta, perda (officiperda Cat. Dist. 3, 87, 43) crepa (legicrepa), pleraque illa quidem aut composita aut decomposita. Nec minor numerus eorum videtur, quae in o desinunt: edo, comedo, bibo, erro, rapo, caupo (capio) palpo, consedo, ciniflo, alia. Quae cum multum absit ut adiectivis liceat adnumerari, id solum proponimus, quamvis verbalium, quae in vocales e, i, u exeant, frustra scrutemur vestigia, attamen cum vero haud sit dissimile etiam illarum ope fingendi nomina olim pericula saltem fecisse linguam, deinde s adnexa as, es, os, is, us terminationes ortas videri. Sed haec non est sententia, in quam quemquam ut discedat certis argumentis movere possimus, sed coniecturam haberi volumus, quam si cui ad nugas placeat reiicere, id prohibere nesciamus. Nam quae verbalia in as et os terminantur, ut nominibus in a et o frequentissimis quidem respondeant, tam pauca

sunt tamque dubiae originis ut tantum non plane evanescant. Haec tria in as habeo finita: Vivas, cogn. R. a nonnullis pro acclamatione habitum, damnas, quod per syncopen ex damnatus ortum putant, praegnas i. q. praegnans, ut dicitur. Atvero as in illis eodem iure terminationem esse contendimus, quo in primas, optimas, summas, supernas, infernas, infimas cet. Deinde in os exit unicum, quod sciam, custos h. e. curator, aeque ab hac natum crassiore forma et augustus ab auguratus, modestus a moderatus, cf. § 9. Tum in es: teres, hebes, indiges (i. q. indigens Pacuv. ap. Cic. Or. 2, 46) quies et inquies (quieo — mentem quietem Naev. ap. Prisc. 6, 704) praecipes et ancipes (si a capiendo quidem haec duo nascuntur). Accedunt: axites Fest. (egerim, axim) quod axies corrupti vicem ab interpretibus succenturiatum, ad nom. sing. axes revocari licet, ambages (via quae circumagit) indoles (vis innata) proles et soboles (ab eodem verbo oleo h. e. cresco) repages (a pango — h. e. quidquid opponitur). Sed haec ultimo loco laudata aequi bonique facio si excludantur, quippe quae ad substantivorum provinciam proxime accedant, ut facies, species, heres (haereo?) indages (ago) labes, caedes, nubes, merces (quod meretur, c inserta). De terminationibus us et is, quarum latini amantissimi erant, copiosius infra disputabimus. V. § 4 — § 7.

6. Ut probalis sit coniectura supra a nobis allata, vocalibus nominum gignendorum causa ad verborum stirpes aut revera aut specie quadam ficta adhibitis non modo pura s accessit ad constituendas novas positiones as, es, is, os, us, sed plerisque quidem per errorem quendam et ipsa s implexa, unde altera verbalium series in ax, ex, ox, ix finitorum exstitisse videatur. In quibus creandis nonnihil forsitan momenti habuerunt pellax, praecox, index, pernix similiaque, utpote quorum normam, ni fallor, sequi sibi veteres visi sint, cum fallax, ferox, apex, appendix et eiusmodi alia finge-

rent. In ux quidem num exeat verbale, me praeterit, in ox finiuntur: ferox (a ferendo, nam proprie eum significat qui compelli se ad rem suscipiendam facile patitur) celox (cello — Pl. Poen. 3, 1, 40 operam celocem h. e. celerem) et fortasse insecti cuiusdam nomen volvox (a volvo?) Velox (velum), ex vulgari sententia a volando oriundum, nuper a Doederl. (1, 38. 2, 125), facem praeferente Prisciano, paronymorum communitati adscriptum est. Deinde in ix: offendix (fendo) appendix (quod ex alio pendet) impetix Fest. (quod impetit corpus) miscix Petr. 45 (al. 1) h. e. homo incertae sententiae, mixtix id. Frag. 17, 45 (a supino eiusdem verbi misceo ductum) felix (a feo, l intromissa, nam felices proprie arbores fructum ferentes dicebantur). Verbalia, quorum ex finis est, pleraque substantivis tribuenda: apex, vertex, podex (pedo) pollex (a polleo, teste Ateio Capit. ap. Macrob. sat. 7, 13) aucupex. ex not. Tiron. allatum, cimex (quod ad verbi *κίω* h. e. seco a nonnullis revocatur perfectum *κέκιμαι*) irpex (quod a serpendo ducere videtur Varr. L. L. 4, 31) latex (a lateo Serv. ad Virg. A. 1, 690. Sed alia huius vocis etyma et haec fortasse magis probanda v. ap. Forc. h. v.)

7. Praesentis stirpi ax terminatione tritiore quidem addita plerumque is notatur, qui facilis, promptus, proclivis est ad aliquid faciendum, qui se cupidum praebet alicuius rei, qui in ea multus vel nimius est, ut adiectivis in osus exeuntibus (bibosus, bellicosus cet.) haec verbalia sensu respondeant. Quibus quod fere nullum adiectivorum genus usitatius fuit, ad hanc Romani consuetudinem imprimis graecae linguae verbalium in *αξ* similitndine, non eorum puto quae frequentiores quidem a futuro descendant (*ἄναξ*, *ἅρπαξ*, *βάσταξ*, *φύλαξ* cet.) quippe quorum nulla sit *αξ* terminatio, sed ceterorum *χάσκαξ* (*χάσκω*) *τρύφαξ* (*τρυφάω*) similiumque inducti videntur. Est autem nulla latini verbi quae dicitur coniugatio, unde id genus adiectiva non nascantur. Primae verborum sunt: pugnax, procax, vorax, sonax, vigilax,

nugax, minax, furax, bellax, crepax, morax, secundae: audax, mordax, tenax (olax deterioris, liquax fortasse nullius auctoritatis est) tertiae: emax, vendax, fugax, loquax, dicax, edax, bibax, fallax, ferax, capax, rapax, vivax, trahax, sequax, Canax cogn. R. catax (Fest.) nisi hoc est graecae originis (*καιάξαι*), quartae sunt: mendax (a mentiendo, t in d abeunte) sagax (a sāgio, corrupta syllaba prima) salax (quod alii a sale ducunt.) Nonnulla accedunt decomposita: contumax (contemno) efficax, perspicax, pervicax (pervinco), quibus adiectiva simili modo a simplicibus ducta haud respondent, deinde expugnax (Ov. Met. 14, 20. al. l.) pertinax et quae sunt posteriorum: retinax, persequax, praegnax (h. e, praegenax, vocali e extrita, ut in praegnans). Incursax, quod Sidonii esse dicitur, aut a supino duxit originem, id quod ceterorum normae repugnat, aut a substantivo aeque et linguax, quae quidem num fuerit vox latina dubitatur. A decompositis discernantur oportet composita: inaudax (Hor. Od. 3, 20, 3) perpugnax (Cic. Or. 1, 20) inefficax (Plin. 34, 11, 25) et quae sunt licentius ficta: ferritribax Pl. Most. 2, 1, 9 (vox ex latino et graeco conflata planeque idem significans quod ferriterus) multiloquax id. Aul. 2, 1, 5 (al. l. multum l.) maleloquax et maledicax, quae sunt eiusdem poetae, melius divisim scribuntur ut male sonus, male fortis, male fidus all. hosticapax Fest, longivivax vet. schol. in Juv. Sat, 14, 251 cet. Postremo aliquot huiusmodi adjectivorum a verbis activis nascentium cum Genetivo obiecti copulatio notanda est. Talem statuunt societatem: tenax, ferax, capax, rapa*x*, menda*x* (Pl. As. 5, 2, 4) fuga*x* (Ov. Trist. 4, 10, 38) eda*x* (id. Met. 15, 234) falla*x* (Tac. Ann. 16, 32) pervica*x* (ibd. 4, 53). Nec alio sensu auda*x* cum infinitivo consociatum Hor. Od. 1, 3, 25, sin autem eidem verbali genetivum locis quibusdam additum invenimus, hi loci ab usu, quem modo percensuimus, tantum abhorrent quantum proca*x* otii (Tac. Ann. 13, 46) similiaque *ex*empla.

§. 4.

8. Revertamur ad duo verbalium genera, quae supra leviter modo tetigimus, in us et is desinentium dico. Atque ut ab illis disputandi initium sumamus, licet sexcenta sint eius positionis, attamen fere omnia unam eandemque rationem sequuntur. Plurima enim cum a verborum tertiae coniugationis praesentibus quasi a communi inducantur exordio, participiorum instar aut activae aut passivae verborum formae notionem meram atque immutatam tueri solent. Talia sunt decomposita: refugus, profugus, perficus, praeficus, comedus (Fest.) congruus, consequus (Lucr. 5, 679 al. l.) prospicus et despicus (Naev. ap. Non. 2, 667 var. lect.) pervicus (Acc. ap. Non. 8, 28) retrogradus (antegradus ex Not. Tiron affertur) prodigus, confragus, arduus (arduo, addo) circumfluus, refluus, superfluus, defluus, interfluus, praefluus (Plin. 19, 4, 20 al. l. profluus) ad quorum normam a posterioribus ficta: perfluus, confluus, effluus, influus, diffluus.) Accedunt procerus et obscurus (a procello et obsculo s. occulo, l in r mutata, cf. Schneid. gr. lat. 1 p. 299) promus (promo h. e. proemo) condus, compitus s. compitum (a competo vel a con et bibo), quae tria proxime laudata in substantivorum venerunt societatem. Proprie sine dubio adiectiva fuisse credenda sunt aeque ac Consus (si a verbo quodam obsol. conso h. e. consulo recte ducitur) et fortasse funda (fundo) infula (involvo) similiaque, quibus qui utebantur ab initio quidem subaudiendorum quorundam generis femenini substantivorum eadem sibi ratione conscii fuerint qua in dearum nominibus Deverra, Antevorta etc. Omnia autem, ut vides, a praesente descendunt vel potius a simplici stirpe verbali, quam rem, si communi in usu crassior praesentis forma est, facilius animadvertimus. Sic dicitur reliquus, deliquus (Plaut. Cas. 2, 2, 32. al l.) confragus, pervicus (sed cogn. R. Pervincus fingitur), quibus addi licet coniugus et adiugus, nisi haec in paronyma potius referri velis, ut concinnus etc. Unicum obstitus h. e. qui obstitit deo

(Cinc. ap. Eest) a consueta etymologia abhorret, quippe non praesente sed perfecto genitum. Deinde activa si verborum est notio etiam adjectivis inde ductis propagatur; quin nonnulla etiam transitiva utuntur, ut prodigus et profugus Tac. Ann. 15, 1. quibuscum conferantur quae sunt aliarum conjugationum: praescius, praesagus, providus et quod verbi retinet casum, invidus (nox coeptis invida nostris Ov. Met. 9, 485.) Excepta sunt arduus (h. e. additus, erectus) confragus, reliquus (h. e. relictus) dividus (h. e. divisus. Acc. ap. Non. 2, 205) praeficus (Gell. 18, 6 mulierum praeficarum h. e. mortuis deflendis praepositarum.) Utrumque sensum vindicant: circumfluus (act. Ov. Met. 1, 30 pass. ibd. 15, 624 saepius) circumsonus (a sonăre, quod Lucretii est 3, 157. 886 — act. Ov. Met. 4, 723 pass. Stat. Theb. 7, 261) et fortasse alia, quae me praetereunt.

9. Verbalium in us, quae a verbis simplicibus nata sunt, cum pleraque compositorum more cum aliis orationis partibus conglutinentur, haec paucula simplici forma acquiescunt: vivus, parcus, vescus (sale v. Lucr. 1, 327, a vescor. A. Doederl. 4, 167 ad vagandi etymon revocatur) pius (ab obsol. pio 3. h. e. colo, unde piens, pientissimus) sibus (etiam persibus ap. Fest. pro persicus hodie legitur — a sapio, p in b abeunte) gnavus (quam vocem Doed. 1, 124 a geno, aeque ac pravus a per, ducendum putat ut propria forma fuerit genavus; equidem a gnovi potius, ut navus a novi, o in a mutata, cf. βόσκω et pasco, similia) gnarus (quod ab ejusdem verbi, me judice, conjunctivo gnorim traxit originem, cf. axites, noxius, alia. In Vossii quidem sententiam, qua haec antiqui gnaruris brevior sit forma, haud discedimus) lippus (fortasse a λείβω, labiali duplicata) majus (Deus Majus h. e. Jupiter — ab obsol. majo 3.) cf. Alus (alo?) Ajus (ab ajo Cic. Div. 2, 32) Lua, Peta, Prema et quae sunt alia hujusmodi dearum nomina. Passiva significatione sunt: fidus (cui fiditur) jugus h. e. conjunctus (Cat. R. R. 10) claudus h. e. clausus sive impeditus altero pede) sive cludus (Pl. Ps. 2, 2, 64) fĕrus

(non a φήρ aeolico, sed, similiter ac ferox, a fero, ut notetur is qui feratur, abripiatur vi innata).

10 Cetera hujus generis verbalia ad tenuitatem suam quasi sublevandam alia vocabula, imprimis substantiva et adjectiva sibi conjunctissima habere solent. Cum vero major eorum sit numerus, magni refert, ne quid mentione dignum praetermittamus, ordinem quendam in enumerando conservari. Itaque hoc modo illa distribuamus ut ab initio ponamus adjectiva, quae a verbis neutris originem acceperunt, deinde ea quae ab activis ita ut quae retineant activam notionem a ceteris, quae vindicarint passivam, secernantur.

a) Primae classis, quam proposuimus, nulla habeo nisi quae a verbis f l u o, s o n o, c r e p o (crepĕre Eutych.) et g r a d i o r ducuntur: largifluus Pacuv. ap. Cic. Or. 3, 39. Lucr. 5, 597 septemfluus Ov. Met. 15, 753, ad quorum normam a posterioribus facta sunt: quadrifluus, blandifluus, jugifluus, aestifluus, rorifluus, lucifluus, frondifluus, fellifluus, tabifluus, ignifluus, mellifluus all. deinde horrisonus Lucr. 5, 110 raucisonus id. 5, 1083 luctisonus Ov. Met. 1, 733 armisonus Virg. A. 3, 544. fluctisonus Sil. 12, 355 i. q. fluentisonus Catull. 64, 52 altisonus Cic. Tusc. 3, 19 ex veter. poet. clarisonus id. Arat. 280. tum bellicrepus (Fest.) perterricrepus Lucr. 6, 129 Cic. or. 49 ex poet. (aut per - terri - crepus membra sunt hujus vocis aut perterri-crepus, ut compositio cum verbo facta sit, cujus exempla alia quae huc quadrent mox afferam) postremo a gradior ortum: herbigradus Pacuv. ap Cic. Div. 2, 64 ubi al. l. tardigradus.

b) Similiter quatuor modo, quod sciam, verba activa sunt: g e n o, f i n d o, f i d o, c o q u o, ex quorum radicibus quae nata sunt adjectiva, a notione activa ad passivam desciverint. Et plurima quidem a verbo gignendi manant: alienigenus, multigenus Lucr. 2, 335. caecigenus id. 2, 741 omnigenus id. 2, 759. primigenus id. 2, 1106 et in quibus e extrita est: benignus, malignus, privignus (adj. Colum 10, 161.) Melligenus

(succus m. Plin. 16, 7, 10) idem esse dicitur quod: ejusdem generis ac mel, cum in ceteris quae a substantivo incipiant, hoc non comparatio, sed origo significetur: caprigenus Pacuv. ap. Macrob. Sat. 6, 5 (ex capra genitus) imbrigenus vet. poet. in Anth. L. Burm. T. 2. p. 406 (ex imbre g.) vitigenus Lucr. 5, 15 caeligenus Varr. L. L. 4, 10 limigenus Auson. Mosell. 45 (in limo g.) etc. Quodcum in omnibus his exemplis - genus haud diverse a part. pass. genitus explicetur oporteat, in duobus i. q. gignens videtur esse; Lucr. 6, 702 ventigeni crateres, h. e. ventum gignentes (quem quidem locum corruptum esse censent) et Opigena Juno ap. Fest. fortasse sic dicta quod opem gigneret sive ferret, non quod Ope genita putaretur Accedit Appuleji ignigenus (h. e. ignem gignens) magnaque hujusmodi copia verbalium, quorum procreatio posteriori debetur tempori. Deinde ex verbi fido (findo) stirpe exstiterunt: bifidus, trifidus, quadrifidus, multifidus, a quorum analogia non discrepant quinquifidus, centifidus aliaque sequioris aevi. Fidendi h. e. confidendi stirpem agnoscimus in levifidus, ἄπιστος, Pl. Pers. 2, 2, 61 coquendi in aulicoquus (Paul ex Fest. v. Aulas: aulicoqua exta h. e. in aulis cocta. Sed al. l. exstat.)

c) Reliqua verba, unde adiectiva declinantur ita ut activa illorum notio servetur, simul cum sua quodque stirpe literarum ordine afferamus. A bibo ducuntur: multibibus, merobibus Pl. Curc. 1, 1, 77 Cist 1, 3, 1 et ab eiusdem verbi antiqua forma buo (inde imbuo) vinibuus (mulier vin. Lucil. ap. Non. 2, 97.) A cano: faticanus Ov. Met. 9, 470 faticinus id. Met. 15, 436, utroque loco lectione inter vocales a et i quodammodo vacillante. A capio; urbicapus Pl. Mil. 4, 2, 64, a carpo: omnicarpus Varr L. L. 4. 19 ex vet script. A dico: fatidicus, causidicus, iuridicus, maledicus (benedicus non legitur sed benedice adv. Pl. Asin. 1, 3, 54) spurcidicus Pl. Capt. Prol. 56. falsidicus ibd. 3, 5, 13 vanidicus id. Trin. 2, 1, 37 magnidicus id. Rud. 2, 6, 31 blandidicus id. Poen 1, 1, 10 saevidicus Ter. Phorm. 1, 4,

36 (al. 1) suavidicus Lucr. 4, 180. Pleraque descendunt a facio, quamvis apud prosaicos non ita multa inveniantur: horrificus, munificus, pacificus, honorificus, sacrificus, monstrificus (Plin. 28, 8, 27) fetificus, (id. 9, 51, 47) magnificus, mirificus, beneficus, maleficus, tria aliquot vel quatuor alia. Cetera fere omnia poetica: damnificus Pl. Cist. 4, 2, 62 lucrificus id. Pers. 4, 3, 46 furtificus, fumificus, lanificus Tibull 2, 1, 10 luctificus, saxificus, letificus Stat. Theb. 8, 2 (al. l.) nidificus Sen. Med. 714 all. deinde laetificus Lucr. 1, 192 castificus Sen. Hipp, 169. incestificus id. Phoen. 223 etc. cf. Not. 5. Jam sequi iubeamus ea quae a frago (frango) manant: saxifragus Cic. Or. 3, 42 ex vet poet. foedifragus id. Off. 1, 12 i. q. foederifragus Gell. 19, 7 navifragus Ov. Met. 14, 6 i. q. naufragus Cic. Pis. 19 et saepius, fluctifragus Lucr. 1, 306 sylvifragus id. 1, 276. A fugio uni. cum descendit lucifugus Cic. Fin. 1, 18 h. e. qui lucem fugit, ut differat etymo a nubifugus Colum. 10, 288 h. e. qui nubes fugat. A lego: sacrilegus, dentilegus (substantivi loco ap. Pl. Capt. 4, 2, 18. al. l. dentiloquus) turilegus Ov. Fast. 4, 569 frugilegus id. Met. 7, 624 florilegus ibd. 15, 366 sortilegus Hor. A. P. 218. fatilegus Lucan. 9, 821 ossilegus all. A loquor: dulcioreloquus (Nestor d. Naev. ap. Gell. 19, 7) quae non est iusta compositio, doctiloquus Enn. ap. Varr. L. L. 6, 3 et quae sunt Plautina: falsiloquus Capt. 2, 2, 14. Mil. 2, 2, 36. largiloquus Cist. 1. 2, 3. Mil. 2, 3, 47. multiloquus Cist. 1, 3, 3. Ps. 3, 2, 5 inaniloquus Ps. 1, 3, 24 (al. l.) blandiloquus Bacch. 5, 2, 54. stultiloquus Pers. 4. 3, 45 Mil 2, 3, 25 mendaciloquus Trin. 1, 2, 163. confidentiloquus ibd. 164 planiloquus Truc. 4. 4, 11. deinde magniloquus Ov. Met. 8. 396 terriloquus Lucr. 1, 104 suaviloquus ibd. 2, 528. Nonnulla etiam prosae sunt orationis: flexiloquus Cic. Div. 2. 56 grandiloquus id. Tusc. 5, 31 fatiloquus Liv. 1, 7. A nubo nascuntur innubus et pronubus, a pario: opiparus Plaut. Mil. 2, 1, 29 frugiparus Lucr. 6, 3 gemelliparus Ov. Fast. 5, 542 et trope adhibita, puerperus

id. Met. 10, 511 iuniperus (arbuscula quaedam) Virg. Ecl. 10, 76 A perdo: frugiperdus Plin. 16, 26, 46. a promo: parcipromus Pl. Ps 5, 1, 22 Truc. 1, 2, 81. a φαγεῖν v. hybrid. pultiphagus Pl. Most. 3, 2, 143. a rapio bustirapus et pinnirapus Juv. 3, 158. a rupo (rumpo): legirupus Pl Ps. 1, 3, 130. a sequor: odorisequus (Liv. Andron.) et pedisequus, a struo: industrius p. industruus (Fest.) sed Doed. 1, 119 arbitrio ad induendi verbum quasi etymon revocandnm. A tero: ferriterus Pl. Trin. 4, 4, 14 (servi convicium) a vendo: nugivendus Pl. Aul 3, 5, 51 (al. l.) a volo benevolus, malevolus, multivolus Cat. 68, 128. omnivolns id. 68, 140. fortasse etiam frivolus h. e. res minutas s. parvi pretii cupiens, nugatorius, si quidem primam partem a frio h. e. comminuo ducis (Doed. 4, 452 a stirpe verbi frigere putat genitum, ut huc non quadret verbale) a vomo: aurivomus Sil. 4, 518 (al. l.) quo eodem modo flammivomus, ignivomus, sexcenta alia a posterioribus ficta sunt.

Not. 5. Paucula adhuc subsequantur, quae non nisi faciendi stirpem attineant. Horrificus, terrificus, humificus Plin. 2, 101, 101 *algificus Gell.* 19, 4 *talia aut pro horrorificus etc. dicta videntur aut compositio verborum neutrorum horreo etc. ope facta. Si in eiusdem finis verbalibus primum locum activo sensu verba occupant, — ficus quasi nihil notans terminatio obmutescit: delenificus h e. deliniens Plaut. Mil.* 2, 2, 36 *contemnificus h. e contemnens Lucil. ap. Non* 2, 154 *Nec tamen in membro illo evanuisset generalis, ut solet, actionis notio nisi qualis actio intelligatur, iam accuratius praecedente membro expressum esset. Verum aliae quoque partes orationis, faciendi stirpe in eandem abductae servitutem, quasi ad compensandam ignominiam effecerunt ut sua illam notio tantum non deficeret. Virg A.* 6, 604 *regifico luxu h. e regio. Acc. ap. Non.* 8, 15 *hostificum diem h. e. hostilem Id ap Cic. Sext.* 57 *ingratifici Argivi h e. ingrati, auctificus Lucr.* 2, 571 *h e. augens, falsificus animus h. e. fallax Plaut. Mil.* 2, 2, 36. *Similiter mens dicitur ap. Sil.* 12, 474 *mitifica h e. mitis, ap. Catull.* 64, 407 *iustifica h e iusta, ap. Amm.* 18, 6 *grandifica h e. grandis. Deinde Lucr.* 2, 6, 27 *largifica stipe h e. larga, copiosa Catull.* 64, 125 *clarificas voces (lect Scalig) h. e. claras. all. Apud deterioris notae poetas sine dubio alia satis multa*

inveniuntur, quae ab aureae aetatis usu et consuetudine alio modo abhorreant. Ut ex Ausonii Parent. affertur modificus (mela mod. h. e certo modo facta), cuius altera compositionis pars contra regulam passivo sensu induta est.

11. Cum tertiae coniugationis verba amplissimam ex se stirpem procreaverint, ceterorum tanta est quasi sterilitas, vix ut in eorum provinciam aliter hic usus ac per errorem quendam radices egisse videatur. Secundi quae sint ordinis verborum, haec modo habeo: indigus Lucr. 1, 61, 2, 650. 5, 224 Virg. G. 2, 428. probus (i. q. prohibus, ut debilis i. q. dehibilis) providus Cic. N. D. 2, 22 invidus, stultividus Pl. Mil. 2, 3, 64. h. e. qui stulte et prave videt, suadus Stat. Theb. 4, 452 (bene suadus et male suadus cave ne sub uno accentu scribas) caprimulgus Catull. 22, 9 promiscus, quam antiquam esse formam promiscuus adiectivi aeque ex casu adverbiascente promiscam (cf. bifariam, multifariam cet.) atque ex adverbio promisce concludi licet, aedituus (cf. Gron. ad Gell. 7, 1), quocum comparari posset bituae (fem. Scythicae) ap. Plin. 7, 2, 2 si lectio certa esset. Etiam maior eorum inopia adiectivorum est, quae quarti ordinis verborum quasi suam stirpem repetere videantur: scius, saevus, servus, sagus, praesagus, salisubsulus (Catull. 17, 5 h. e. qui salit et subsilit al. l.) Sin vero exempla, quae laudavimus, singula aliquis maiore cura sub examen vocare velit, numerus eorum facile fieri potest ut in nihilum redigatur. Sic verbi tueor altera forma agnoscitur tuor, quae olim tertiam sequebatur coniugationem atque eidem haud dubie reddenda suadus, mulgus aliaque, ut quae proprie illius mancipii fuisse perfecta suasi, mulsi etc. satis ostendant. Postremo primae coniugationis verbalia quae in us finiantur utrum exstent an non exstent diu apud animum statuere non potui. Nam cum sint aliquot quae primo quidem adspectu huic classi attribuas, Doederlinus aliique artis etymologicae antistites hac in re adeo sibi non constant ut alia negent, alia, quorum eadem est ratio, affirment huc pertinere, alia ita

adeo diiudicent quasi ex iis versa vice verba gignantur. Jam quod etyma vocabulorum dedita opera inquirere aggressi non sumus, multum abest ut hoc loco Camarinam, ut est in proverbio, moveamus. Interim etsi a repetendo altius origines abstinemus, sententia se ad abiucanda primae verborum classi aut omnia aut certe plurima exempla inclinat. Ut paucula modo non ab omni illa quidem dubio remota animadvertamus, socius, foedus, vagus (circumvagus Hor. Ep. 16, 41. arenivagus Lucan. 9, 941. nubivagus Sil. 12, 102) verborum sequor, findo, veho esse haud iniuria viri docti contendunt. (Doed. 3, 87. 5, 112. alii) Deinde pandus (Ov. Met. 14, 660 repandus id. 3, 680 saepius) pandendi stirps est. Nam pandere et tendere sunt synonyma, atqui hoc alterum non modo i. q. extendere sed etiam id. q. incurvare significat (cf. arcum tendere), unde pandus per μετάληψιν sive transsumtionem participii incurvatus notionem accepit. cremus, quod non nisi in compositis nobis occurrit (turicremus h. e. qui tura cremat Lucan. 9, 989 vel ubi cremantur Lucr. 2, 335 Virg. A. 4, 453. Ov. Her. 2, 18. semicremus h. e. semicrematus Ov. Met. 12, 287) fortasse ad obsol. formam cremĕre referendum, quam formam ii quidem agnoscere non dubitabunt qui cum Doederl. (4, 252) crepare, cuius verbi altera forma crepĕre satis nota est, proprie i. q. cremare fuisse putant. Nam ut crepare et cremare sibi invicem respondent, ita etiam crepere et cremere. tonus (quod vides in altitonus Varr. ap. Prob. comm. ad Virg. Ecl. 6) ad verbum tonĕre respicit. (Varr. ap. Non. 1, 245 Struv. de decl. et coniug. lat. p. 184) Accedunt quae secundae potius aut quartae quam primae esse coniugationis credenda sunt: nuncius (a novum et cieo, quae antiquissima est explicatio) vigilus (non nisi in noctivigilus Pl. Curc. 1, 3, 40 nam simplex eademque decurtata forma vigil ab hoc loco plane abhorret. cf. § 8. — a vigeo) fraudus (in sociofraudus Pl. Ps. 1, 3, 128) ab inusit fraudeo, frausus sum (Pl. Asin. 2, 2, 20) ex eadem lege ficto qua audeo, ausus sum.

Deinde saucius a sarciendo, ni fallor, originem traxit aeque ac faux a farciendo (Doed. 5, 149) ambulus (in funambulus) per syncopen, puto, ex ambiulus ortum, quod ab eodem verbo descendere videatur, a quo ambialus (h. e. qui ambit.) Tum putus sunt qui ex putatus contractum censeant quae si cui probetur sententia, nihil prohibeat quominus periurus ex periuratus (h. e qui periuravit, activo sensu ut iuratus, coniuratus, iniuratus) genitum habeat. Nec difficilius fortasse videatur alia adiectiva primae verbis subtrahere, ut anhelus, coruscus, averruncus, mirus, nudus, vascus, quod a vacando ducit Doed. 4, 167. Sed haec hactenus.

§ 5.

12. Verbalium, quae modo examinavimus, rursus duplex fuisse progenies videtur, altera per epenthesin vocalium, altera consonarum ope procreata. Nimirum illa ratione exstitisse forsitan censeas adiectiva in eus, ius, uus s. vus exeuntia, (nam quae aus aut ous utantnr terminatione, ignoramus) hac autem totam silvam eorum, quae in bus, cus, dus, lus, nus, rus, sus, tus cadant. Igitur ut ab illis incipiamus, eus terminatio paucorum est: floreus (rura f. h. e. florentia Virg. A. 1, 434) rubeus, vitigineus, mulseus (a mulceo, mulsus, ut robusteus a robustus h. e. roboratus.) Cf. mulleus (calceus) a mullando h. e. suendo, teste Festo, satageus, abigeus, favea, linea, trahea etc. Frequentiora sunt quae desinunt in ius: oblivius Varr. L L. 4. (ab oblivio, unde ortum est obliviscor similiter et a proficio proficiscor) eximius, socius (sequor) inferius, arferius (vinum inf. arf) primigenius (cf. Protogenius cogn. R.) Quae cum omnia passivum sensum sequantur, nesapius et falsiiurius (Pl. Mil. 2, 2, 36) sunt activo. Accedunt quae a perfecto originem acceperunt: anxius, noxius (noxim, eadem lege fictum qua axim, faxim etc) nixius (nisi hoc paronymon habeas) pluvius. a pluvi ductum ut fluvius a fluvi, reduvia, exuviae, induviae a reduvi cet. Ab altera forma non minus obsoleta manat: indusium, eadem

literarum v et s varietate, quae in dei et deae serendi nominibus Consevius et Sesia animadvertitur. Ceterum cum adiectivis quae perfecto sunt genita, optime congruunt: Clusius, Cinxia, Locutius aliaque nom prr. deinde cum illis, quae praesente: ludius, pililudius, gubernius (h. e. gubernator Laber. ap. Gell.) mulicurius (qui mulos curat) Fidius (a fidendo, ut videtur) Aucupius, Elicius, Antistius. Alia substantiva iure mihi ita accipere videor quasi sint neutra adiectivorum: secium (id quod secatur Fest.) insicium (genus farciminis) ingenium (h. e. ingenitum), imperium, impendium, desiderium, intergerium, indusium, intervenium cet. proprie id quod imperatur, impenditur, desideratur etc. alia ita, quasi substantiva quaedam subaudiantur oporteat: effugiae (hostiae) febrifugia (herba) cremia (ligna) elutia (metalla) prosiciae (partes hostiae) praestigiae (res oculos praestringentes). — Postremo terminationibus eus et ius proxime accedunt eius s. ejus in: impeteius, sterteius et leius s. lejus in: secutuleius, locutuleius, a participio perfecti ductis (cf. Lex. Forc.) Quod genus paronymon est leguleius ap. Cic.

13. Ut sui quoque iuris sit uus positio, minus quidem pugnant exempla: nocuus, promiscuus, indiguus, continuus, ingenuus, vacuus, quae quasi sua perfecto liceat asserere ita ut vocalis i loco us posita videatur (vacui Tertull.), attamen tanta restat similium copia verbalium, quae fieri non potest quin praesentis stirpi tribuantur ut exstitisse crassiorem illam terminationem satis eluceat. Talia sunt: assiduus, residuus, perpetuus, piguus (is quem piget. Prisc. 4, 635) cernuus (quod a cernendo ducunt Serv. ad Virg. A. 10, 894 et Non. 1, 76) occiduus, prociduus, succiduus, deciduus (a cado) etc. Notionem quod attinet, ea quae a verbis transitivis oriuntur, raro activam habent: contiguus, attiguus, indiguus, strenuus (a stringendo Doederl. 2, 128) h. e. qui contingit etc. plerumque passivam vindicant: ambiguus (amb. id quod in ambas agi partes animo potest. Fest.) exiguus (qui facile exigitur, eiicitur) excipuus (qui excipitur, Fest.) praecipuus, perspicuus, conspicuus,

prospicuus, pascuus, compascuus, promiscuus, caeduus, incaeduus, prodiguus (hostiae pr. h. e. quae consumuntur. Fest.) riguus, irriguus (utrumque et activo sensu indutum, Ov. Amor. 2, 16, 2 Virg. G. 4, 32) circumriguus, iduus (Macrob. Sat. 1, 15) viduus, dividuus. Verbi, a quo haec proxime laudata descenderunt, tertia forma didere, Lucretio quidem usitatissima (4, 241. 623. 631. 633. a. l.) talem ex se stirpem non reliquit.

Not. 6. Adiectiva hoc modo a quartae verbis originem ducentia num revera desiderentnr an quod in nullum inciderim, forte factum sit nescio. Plurima eorum quae attuli aut secundae, ut vides, aut tertiae sunt, primae non nisi duo habeo riguus et vacuus, nam fatuus fandi verbo a Doederl (4 p. 232) iure videtur abiudicari. Deinde notes terminationem uus cum aliis et brevioribus et longioribus interdum in iisdem fere vocibus commutari. Sic perpetuus et perpes et eodem nascuntur loco et eadem notione utuntur, nec alia fuit ratio verbalium ingenuus et indiges, ut quae ab uno quasi manantia etymo, sensu id tantum differant quod altero genus quoddam, altero species significetur. Nam indiges universis opponitur hominibus qui non sunt in eadem terra nati, ingenuus, si propriam respicis notionem, peregrinis quidem sed non nisi bello captis h. e. mancipiis. Deinde variant dividuus et dividus, prodiguus et prodigus, indiguus et indigus, promiscuus et promiscus (§. 4, 11) atque simili ratione etymo et sensu inter se congruunt vacuus et vacivus, nocuus et nocivus, Inuus et Inivus (Serv. ad Virg. A. 6, 775. Voss. Etym. v. eo.)

14. Litera v etsi consonis potius adnumeratur (cf. Schneid. gram. lat. I. p. 357 sqq.) tamen illam inter et vocalem u ea intercedit affinitas ut quae de positione vus memorare habeam, optime huic loco convenire videantur. Sunt autem paucissima modo verbalia quae nudam in hanc syllabam exeant: prŏtervus (prima correpta, ductum a prōtero) acclivus, proclivus, declivus (haec tria, ut reclinis similiaque a praesente κλίνω, sic, producta quidem vocali, a perfecto κέκλι-κα descendunt; deinde inserta i clivius fictum) arvus (Plaut. Truc. 1, 2, 47) cf. acervus (ab aggerendo Doed. 3, 40) et alvus (is qui alitur, ni fallor). Tum ii quidem, qui gnavus a geno ducendum putant, hoc procul dubio per epenthesin vocalis a (gen-a-vus) volunt

fieri; atvero hanc vocis explicationem nec sensu satis sublevatam et plane destitutam analogia reiiciendam duximus. (§. 4, 9) Nec quae terminentur syllabis evus, ovus, uvus verbalia praesto sunt, ut, si quid ex nostris colligi exemplis liceat, positio vus in nullam nisi vocalis i se dederit familiaritatem. Hoc autem exitu ivus tritissima sunt adiectiva et haec quidem maximam partem adnexo illo primae coniugationis aut tertiae verborum supinis orta. Illius generis exempla apud Cic. inveniuntur: demonstrativus, instaurativus, deliberativus, ratiocinativus, ap. Quint. dativus, hortativus, exhortativus, administrativus, concertativus, apud alios alia. Imprimis vero haec in deliciis habent grammatici, qui verba dicunt meditativa s. desiderativa, iterativa s. frequentativa, inchoativa, derivativa, denominativa, modos indicativum, optativum, mandativum, imperativum, adv. ordinativa, interrogativa, congregativa, hortativa, confirmativa, jurativa, coniunct. copulativas et adversativas, praep. derogativas, casus nominativum, vocativum, commendativum etc. Non minor est numerus eorum quae artis medicae scriptores fabricaverunt, ut mitigativus, mordicativus, denunciativus, laxativus, siccativus, glutinativus, purgativus, densativus, sexcenta alia. A tertiae verbis eadem lege nascuntur: fugitivus, incentivus et succentivus (utrumque ap. Varr. R. R. 1, 2) activus Quint. 3, 5 transpositivus et transsumtivus id. 3, 6 assumtivus Cic. Inv. 1, 11 admissivus (aves adm. h. e. quae omen faustum admittunt Fest) deinde quae passivo sensu induta sunt: nativus, captivus, furtivus, abditivus Pl. Poen. prol. 65. subditivus id. Amph. 2, 2, 198 conditivus Cat. R. R. 6. conceptivus (feriae c. Varr. L. L. 5, 3) coctivus, sativus (utrumque Plinii) insitivus (liberi ins. Phaedr. 3, 3) i. q. insertivus (stirps ins. Calpurn. declam. 21) etc. Quibus rursum turba addi licet verbalium a grammaticis procreatorum, qui de adverbiis disputant remissivis et intentivis, de particulis redditivis, illativis, complexivis, de coniunct. adiunctivis, disiunctivis, connexivis, de pronom. additivis, deductivis, relativis etc. Qua cum

vocabulorum, ut ita dicam, farragine non indigna est quae comparetur eorum colluvies, quae medicinae tutoribus debentur: corrosivus, constrictivus, destrictivus, destructivus, interfectivus cet. Secundae et quartae verba multum abest ut eadem ubertate gaudeant. Alterius generis exemplum est: tortivus (mustum t. Cat. R. R. 23) cui similia ne sequiore quidem aevo multa fingebantur; modo expletivus, possessivus, tria aliquot vel quatuor alia huc pertineant, in quibus ut et irrisivus sit numerandum fortasse ex adverbio irrisive (Amm. 16, 12 f. ex lectione nuper recepta) sequi videtur. Alterius generis exempla habeo: finitivus Quint. 2, 1. 3, 6 definitivus Cic. Top. 24. et quae sunt deterioris notae: dispertivus, transitivus, apertivus Ceterum votivus, ortivus (Manil. 3, 188) exortivus, abortivus, pruritivus (Plin.) similiaque nemo erit quin paronyma potius quam verbalia habeat. — Quod superest, adiectivorum quae praesente gignuntur numerus si cum magna eorum quae modo perlustravimus frequentia comparatur, tantum non evanescit. Mihi quidem haec modo in promtu sunt: vacivus, quae vox Plautina est et Terentiana, optivus Hor. Ep. 2, 2, 99 adoptivus Ov. Fast. 4, 22 subsecivus (alii l. succisivus a caesum) deinde arcivus (avis arc. ap. Fest. ex lect. Scalig) nocivus Phaedr. 1, 29 placivus (v. Lex.) tum cadivus Plin. 15, 16, 18 decadivus Auct. perv. Vener. 17 (al. l,) recidivus, gradivus (si a gradior ortum est) indicivus (h. e. qui indicat, ex not. Tiron.) cui respondet indictivus (funus ind. ap. Fest. et Varr. L. L. 6, 3 h. e. indictum.) Versa vice intergerivus (parieter int. Fest.) passiva notione utitur cum activa sint egestivus et digestivus (Aem. Macr.) referivus s. refrivus (faba ref. ap. Fest. h e. quae domum ad sacrificium refertur) passivo sensu congruit cum verbb. translativus, collativus Plaut. Curc. 2, 1, 15 oblativus (auguria obl, Serv. in A. 6, 290). Pauculis his exemplis, quae non sunt nisi primae, secundae et tertiae verborum, efficitur hanc derivandi rationem late non patuisse. Quare haud mirum videtur quod posteriores

cum ad investigandas verborum origines minus curiosi essent, ad inveteratam a supinis ducendi consuetudinem vetante adeo verborum usu redierunt. Hoc modo concupiscitivus similiaque monstra adiectivorum ficta, quamvis non sint supina, quibus rite gignantur. Postremo hoc monemus, adiectivorum, quae modo tractavimus, aliis quidem activam aliis passivam nos addixisse notionem, sed si accuratius perpendantur, neutram in illis adeo meram videri ut forsitan cum participiis sensu aequari possint. E. g. demonstrativus non i. q. demonstrans significat nec coctivus i. q. coctus, sed: qui pertinet ad demonstrandum, qui facile coquitur etc.

De reliquis adiectivorum ordinibus, ad quos percensendos spatium nobis non sufficiat, alio loco disputabimus.

Corrig et Add. p. 16 v 4. l. beneficus p benificus.
p. 17 v. 9. l omnivolus p. omnivolns.
v. 20. l deliniens p. deiniens.
p. 18 v. 12. promiscus adjectivum legitur ap. Gellium 11, 16, et 16, 3.

Schulnachrichten.

Chronik des Gymnasiums.

Das Schuljahr wurde am 22sten October 1838 eröffnet und wird mit der am 12ten abzuhaltenden öffentlichen Prüfung und der darauf folgenden Versetzung geschlossen werden. Auch in dem verflossenen Schuljahre setzte der Schulamts-Candidat Carl Heinrich Krauss, welcher schon im früher vergangenen Schuljahre sein Probejahr vollendet hatte, aus Liebe zur Sache den Unterricht fort, den er in den drei untern Gymnasial-Klassen in den Naturwissenschaften in sechs wöchentlichen Stunden mit gutem Erfolge ertheilt hat. Dem Gymnasiallehrer und Classen-Ordinarius von Quinta — Clemens — wurde auf den Antrag des Königl. Provinzial-Schul-Collegiums von dem Königl. hohen Ministerium der Geistlichen, Unterrichts- und Medicinal-Angelegenheiten das Prädicat „Oberlehrer" verliehen. Anderweitige Veränderungen im Lehrercollegio sind im Laufe des Schuljahres nicht vorgekommen.

Höhere Verfügungen.

1) Vom 8ten September 1838. Zur Fortsetzung des statistischen Handbuches der deutschen Gymnasien sollen den Professoren in Cassel D. Brauns und D. Theobald die nöthigen Notizen über das Gymnasium auf dem Wege des Buchhandels mitgetheilt worden.

2) Vom 24sten September 1838. Die Zahl der jährlich einzusendenden Programme soll um 2 Exemplare vermehrt werden, weil nach dem Wunsche der Fürstlich Schwarzburg-Sondershausenschen Regierung ein Austausch der gegenseitigen Programme beabsichtigt wird.

3) Vom 5ten Januar 1839. Mittheilung eines Ministerial Erlasses über das zu beachtende Verfahren in Betreff der Anstellungen versorgungsberechtigter Invaliden.

4) Vom 9ten Januar 1839. Empfehlung eines vom Gymnasial-Lehrer Kämper in Minden angefertigten Erdglobus. (Preis 5 Friedrichsdor in Minden.)

5) Vom 25sten Januar 1839. Mittheilung eines Ministerial-Erlasses vom 10ten Januar 1839, die Fertigung der halbjährlichen Nachweisung von der Frequenz die Gymnasien betreffend, zur Kenntnißnahme und Beachtung.

6) Vom 26sten Februar 1839. Es sollen noch fünf Exemplare Programme mehr als bisher, (also im Ganzen 201) eingesandt werden, zum Austausch an die Herzoglich-Nassauischen Gymnasien in Weilburg, Dillenburg, Hadamar und Wiesbaden, und für das Progymnasium in Sagan.

7) Vom 19ten März 1839. Mittheilung eines Ministerial-Erlasses, worin Festsetzungen über die Zulässigkeit zum Postdienst enthalten sind. Es soll von den Bewerbern um die Aufnahme in den Postdienst in schulwissenschaftlicher Hinsicht entweder die Reife für Prima eines Gymnasiums in allen Gegenständen mit alleiniger Ausnahme der griechischen Sprache verlangt oder auch der Nachweis geführt werden, daß sie bei einer solchen höhern Bürgerschule, bei welcher Entlassungen nach der Instruction vom 8ten März 1832 statt finden, diese Prüfung zur Zufriedenheit bestanden haben. Dagegen sollen die sogenannten Realschüler auf Gymnasien — das hiesige Gymnasium hat keine Realklassen —, deren Ausbildung in der lateinischen Sprache mangelhaft ist, nicht als genügend vorbereitet für den Postdienst angesehen werden.

8) Vom 11ten April 1839. Empfehlung der von Dr. Zimmermann in Darmstadt redigirten Zeitschrift für Alterthums-Wissenschaft.

9) Vom 20sten August 1839. Mittheilung der gedruckten Ankündigung des von dem Lieutenant v. Sydow herausgegebenen Wandatlasses zur Kenntnißnahme.

Statistische Nachrichten.

Nach der Aufnahme der neuen Schüler zu Anfange des Schuljahres betrug die Schülerzahl 234. Von diesen waren

in I	15
in II	37
in III a	39
in III b	43
in IV	44
in V	38
in VI	18
Summa	234.

Davon gingen im Laufe des Wintersemesters vier ab, so daß am Schlusse desselben 230 vorhanden waren. Von diesen schieden am Schlusse acht aus, aufgenommen aber wurden zu Anfange des Sommersemesters 14, so daß die Schülerfrequenz im Anfange des Sommersemesters 236 betragen hat. Von diesen sind bereits zum Abgange zu anderweitiger Bestimmung angemeldet 18 aus allen Klassen und außerdem zur Universität 8 aus Prima, so daß im Ganzen 26 Abgehende angemeldet sind. Das Resultat der Abiturienten-Prüfung, welche am 10ten und 11ten October curr. unter dem Vorsitze des Königl. Regierungs- und Schulrathes Herrn D. Lucas statt finden wird, soll im nächsten Programme mitgetheilt werden.

Die Bibliothek ist theils aus dem etatsmäßigen Fonds, theils durch mehrere Geschenke des Königl. Hohen Unterrichts-Ministeriums vermehrt worden. Mit den dankbarsten Gefühlen nennen wir folgende Geschenke:

1) Von Dietrichs Flora regni Borussici der sechste Band der 2ten Abtheilung.
2) Griechische Vasenbilder vom Professor D. Gerhard in Berlin 1stes und 2tes, 3tes und 4tes Heft.
3) Blume's lateinische Grammatik.

Ordnung der Prüfung.

Vormittag von 8 — 12 Uhr.

Choral: „Sei mir gegrüßt und feierlich der Prüfung Tag"

Sexta.

Religion. Herr Oberlehrer List.
Geschichte. Herr Gisevius.
Latein. Herr Gisevius.

Quinta.

Naturgeschichte. Herr Schulamtscandidat Krauss.
Rechnen. Herr Gisevius.
Latein. Herr Oberlehrer Clemens.

Quarta.

Griechisch. Herr Dr. Wichert.
Geographie. Herr Oberlehrer Schneider.

Unter-Tertia.

Latein. Herr Dr. Zeyss.

Arithmetik. Herr Oberlehrer Clemens.

Griechisch. Herr Dr. Zeyss.

Chorgesang der ersten Singklasse: Hymne von Lavater, componirt von Schultz „Vor dir, o Ewiger, tritt unser Chor zusammen"

Nachmittag von 2 bis 5 Uhr.

Ober-Tertia.

Griechisch. Herr Dr. Wichert.

Deutsch. Derselbe.

Secunda.

Physik. Herr Oberlehrer Heydenreich.

Griechisch. Herr Oberlehrer Lentz.

Prima.

Französisch. Herr Oberlehrer Schneider.

Latein. Der Director.

Entlassung der Abiturienten.

Abschiedsrede des Abiturienten Herrmann Büttner.

Zum Beschluß spricht der Primaner Eduard Schiewe über die Freude am Fortschritt der Bildung.

Chorgesang der ersten Singklasse:

1) Lobgesang nach dem 150. Psalm von A. Romberg „Lobt Gott, den Herrn!"

2) Motette von Schicht „Unermeßlich ist Gott, der Höchste."